



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

205. An Sacerdos Græcus sub peccato mortali teneatur sequi  
consuetudinem suæ Ecclesiæ, & consecrare in fermentato, ita vt Sacerdos  
Græcus peccet consecrando in azymo, & Sacerdos Latinus consecrando ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Amicus in *curf. Theol. tom. 7. disp. 16. sect. 8. num. 182.*  
 Cistrus Palaus *tom. 4. tract. 21. punct. 6. num. 6.* Filiu-  
 cius *tom. 2. tract. 4. quest. 5.* Francisc. Lugo *de sac. l. 4.*  
*cap. 1. quest. 4. n. 33.* Suarez in *3. p. tom. 3. disp. 43. sect. 7.*  
 Vafq *disp. 7. n. 2.* Hurtadus *de Sac. disp. 11. diff. 1. 7.*  
 Coninch *de sac. q. 74. art. 2. dub. 2.* Tannerus *tom. 4.*  
*disp. 5. quest. 2. dub. 2. n. 52. cum seqq.* Valentia *tom. 4.*  
*disp. 6. quest. 2. punct. 2.* Nugnus in *3. p. quest. 74. art. 2.*  
*diff. 1. conclus. 2.* Caspensis in *curf. theol. tom. 2. tr. 2.*  
*disp. 2. sect. 8. n. 48.* Cornejo in *3. p. q. 74. art. 2. dub. 2.*  
 Mercerus *de Sacram. q. 74. art. 2. n. 4.* Vviger in *3. p.*  
*quest. 74. art. 2.* Auerfa *de Sacram. Euch. sect. 2. q. 2.*  
 Leander *de sac. tom. 2. tract. 7. disp. 8. q. 81.* Opatovius  
*de sac. tract. de Euch. disp. 2. quest. 5. n. 51.* Sotus in  
*4. disp. 9. quest. 1. art. 2.* Ochaguaia *de Sac. tract. de Eu-*  
*char. quest. 6. n. 6.* Petrus à Sancto Ioseph in *theol. sa-*  
*cram. cap. 16. resol. 3.* Pitigianus in *4. disp. 51. q. 6. art. 5.*  
 Chamerota *de Euch. cap. 1. dub. 3.* Angles *q. 1. art. 3.*  
*diff. 3.* Bartholomæus ab Angelo, *dial. 4. §. 330.* Vi-  
 ctoria *de Euch. quest. 56.* Vivaldus *de Euch. cap. 3.*  
*num. 14.* Villalobos in *summa tom. 1. tract. 7. diff. 8.*  
*num. 5.* Ioann. de la Cruz in *direct. quest. 1. de materia*  
*Euchar. dub. 4. concl. 1.* Ludovic. à San Iuan in *4. sent.*  
*de Eucharist. quest. 1. art. 6. dub. 1. conclus. 3.* Petrus de  
 Ledesma in *sum. tom. 1. cap. 4. de Euch. concl. 5.* Serra  
 in *3. part. quest. 74. art. 2.* Moscosus in *summa tr. 4.*  
*cap. 2. n. 4.* Martinus de San Ioseph in *mon. confess. 10. l.*  
*1. tract. 2. de Euch. n. 17.* Fernandez in *medull. Ca-*  
*suum conscientie, p. 3. c. 4. §. 5. n. 3.* & alij penes ipsos.  
 Vidisti, amice Lector, aduersus quantam nubem Te-  
 stium ausus est se opponere P. Pasqualigus, ad cuius  
 argumenta, quibus nixus docuit opinionem singula-  
 rem, optime respondet Nugnus in *3. part. q. 74. art. 2.*  
*diff. 1.* Auerfa *de Sacram. Euch. q. 2. sect. 2.* & Amicus  
 in *curf. Theol. tom. 7. disp. 16. sect. 8. n. 134. cum seqq.* Dico  
 igitur cum ipsis quod non valet dicere, hoc Sacramen-  
 tum est institutum vt cibus; sed ad rationem cibi re-  
 quiritur aliqua determinata sensibilitas. Respondeo;  
 esse institutum vt cibus, non materialem, qui vt cor-  
 pus reficiat determinatam requirit quantitatem, sed  
 vt spiritualem, qui vt animam reficiat, certam quan-  
 titatem non poscit. Virges. Est institutum vt cibus spi-  
 ritualis media sumptione corporali, sed vt cibus sit  
 corporaliter sumptibilis certam requirit quantitatem.  
 Sed contra; nam sumptio corporalis est tantum con-  
 ditio applicans, qua posita, Sacramentum ipsum  
 propria virtute reficit spiritualiter animam, conditio  
 autem cum non debeat operari, non requirit certam  
 quantitatem. Nec sufficit asserere quod non qua-  
 cumque minima quantitas aquæ sufficit ad Baptis-  
 mum: ergo neque quæcumque minima quantitas  
 panis ad hoc Sacramentum. Respondeo: disparita-  
 tem esse, quoniam materia Sacramenti Baptismi non  
 est aqua, nisi vt abluens: at non quævis minima  
 aqua moraliter abluit: Panis verò est materia Eucha-  
 ristie, vt continens Christum; quælibet autem mi-  
 nima quantitas panis potest continere totum Chri-  
 stum indiuisibiliter existentem.

4. Vnde ex his omnibus conruit fundamentum  
 Pasqualigi; & contra illud insurgit Dicastillus *de*  
*Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 2. dub. 13. n. 240.* notat enim  
 quod Sacramentum Eucharistie non consistit pri-  
 marie in vsu, sed in esse permanenti; duplex enim  
 est finis Sacramenti Eucharistie, proximus scilicet,  
 & remotus: Proximus est, vt in ea contineatur  
 Christi Corpus, aut Sanguis sub accidentibus sensi-  
 bilibus panis & vini; ad hoc autem sufficit quæuis  
 parua materia: Finis verò remotus, & secundarius est  
 vsus & sumptio Eucharistie; ad quem finem licet  
 aliqua parua quantitas materie per se sola non sit  
 sufficiens, vt possit sumi præ paruitate, est nihilomi-

nus sufficiens ad primarium finem explicatum. Qui-  
 bus accedit, quod etiam illa particula per se sola  
 non possit deferuere, vt sumatur edendo, aut potin-  
 do; si tamen coniungatur cum aliis poterit, etiam si  
 alia sint æquæ parua; ex illis enim in acerrum, seu  
 cumulum loco coniunctis potest fieri vnus cibus:  
 seu potus sufficiens vt sumatur, sicut potest fieri suf-  
 ficiens vt sentiat, & designetur. Ergo, &c. Vide  
 etiam Valentiam *tom. 4. disp. 6. q. 2. punct. 2.* & Catli-  
 naleme Lugo *de Sacram. disp. 4. sect. 4. n. 112. & 113.*

5. Sed ex his quæro primò, an materia quæ ob  
 sui paruitatem nullo sensu exteriori percipi potest,  
 consecrari possit? Sotus in *4. disp. 9. quest. 1. art. 1.*  
 Valentia *disp. 6. quest. 2. punct. 2.* Henric lib. 8. cap. 14.  
 & Adamus *quest. 2. dub. 2.* partem affirmatiuam tenent,  
 quia ex vi consecrationis tantum, fit vt loco sub-  
 stantie panis & vini succedat sub accidentibus cor-  
 porum Corpus aut Sanguis Christi: ergo hoc quærit  
 quantitate; quantumvis imperceptibile per sensum  
 sub qua sit substantia panis, aut vini, valde fit con-  
 secratio. Maior verò in *4. disp. 11. q. 2.* Valquez *disp. 7. q. 1.*  
*cap. 2.* Suarez *disp. 43. sect. 7.* & Aggidius *dub. 2.* par-  
 tem negatiuam tradunt; quia tunc materie illa non  
 potest pronomine hoc ad sensum exteriorum demon-  
 strari: ergo nequit valde consecrari, quia consecra-  
 tio fit ex vi demonstrationis, & significationis verba-  
 rum formæ. Verum ego ex istis sententiis cum Dica-  
 stillo *ubi supr. de Sac. tom. 1. tract. 4. dub. 2. n. 13;*  
*num. 236.* vtramque probabilem esse puto.

6. Quæro secundò, an materia consecrationis  
 debeat esse sensibilis ab ipso consecrante Sacerdote con-  
 secrante? Negant Sotus in *4. disp. 9. quest. 1. art. 1.* Ag-  
 gidius *quest. 73. art. 3. dub. 2.* Lugo *disp. 4. n. 116.* qui  
 existimant sufficere quod sit sensibilis respectu alio-  
 rius, qui habet sensum magis acutum. Alij respondent  
 debere esse sensibilem ab ipso consecrante, quia nihil  
 facit ad rem quod materia sit sensibilis ab alio, nisi  
 etiam sit ab eo, qui conficit Sacramentum; neque  
 enim Sacerdos potest demonstrare per pronomen  
 hoc, quod ipsi nullo modo est sensibile: ergo, &c.  
 Valquez, & Hurtado *loc. cit.* Ochaguaia *loc. cit.*  
 Cornejo *loc. cit. dub. 2. pag. 328.* & alij, quos refert  
 Leander *de Sac. tom. 2. tract. 7. disp. 8. q. 81.*

7. Sed ego adhaereo primæ sententiæ, quam tenet  
 Amicus in *Curf. Theol. tom. 6. disp. 16. sect. 8. n. 134.*  
 ubi docet, ad præsentiam materie consecrandæ non  
 esse opus, vt illa cognoscatur ab ipso consecrante, sed  
 fat esse si cognoscatur ab alio, ex cuius relatione con-  
 secratus Sacerdos esse possit. Neque apparet, ex quo capere  
 sit necessarium, vt materia consecrandæ debeat ab ipso  
 consecrante agnoscere, cum possit illam demonstrare  
 pronomine ostendere, etiam si illam ipse non cogno-  
 scat cognitione visua aut tactua propria, modo tunc  
 certus ex cognitione visua, aut tactua alterius.

## RESOL. CCV.

An Sacerdos Græcus sub peccato mortali tenetur se-  
 qui consuetudinem suæ Ecclesie, & consecrari in  
 fermentato, ita vt Sacerdos Græcus peccet con-  
 secrando in azymo, & Sacerdos Latinus consecranda  
 in fermentato, etiam secluso scandalo, & cum  
 magna necessitate, vt ob communicandum ingre-  
 mum, &c.

Et an Sacerdos Latinus possit in Græcia sequi morem  
 Græcorum, & Græcus morem Latinorum existens  
 apud Latinos?

Et docetur non solum posse licite, sed reueri Sacerdotem  
 Græcum transire per Ecclesiam Latinam in azymo  
 consecrari, & peccare mortaliter, si aliter faciat, quia

quia privilegium illis concessum ad consecrandum in fermentato, intelligendum est, quando celebrant in suis propriis Ecclesiis.

Et notatur non licere Sacerdoti Latino in templo Græcorum, quod in Ecclesia Latina existat, in fermentato consecrare: neque etiam aliis fidelibus Latinis ibidem in eodem fermentato communicare. Ex p.3. tr.6. & Misc.2. Ref.99.

Græcis largitum, quo vti non possunt Latini, neque illo gaudent.

RESOL. CCVI.

An Sacerdos Latinus in Ecclesia Latina possit consecrare in fermentato ad communicandum infirmum moribundum, si non habeat alium panem?

Eodem est ratio de Sacerdote Græco in Ecclesia sua. Et idem est etiam, si populus debeat sacrificio privari.

Et quid est dicendum ad evitandum mortis periculum, si Sacerdos Latinus non consecret in fermentato.

Et notatur, quod Sacerdotes Græci per Latinam Ecclesiam, & Latini per Græcam peregrinantes, sibi propriam Ecclesiam propriis institutis viventes non habeant, in qua sint, possint Græci in azymo, & Latini in fermentato celebrare, conformando se Ecclesie, in qua existunt, non tamen ad id tenentur.

Etiamsque advertitur, quod Latini Sacerdotes in Græcia commorantes, si permittantur sibi propriam Ecclesiam habere, tenentur consecrare in azymo, & contra Græci in terris Latinorum consecrare debent in fermentato.

Sed in Ecclesia Græcis inter Latinos permittitur nefas est Latinis consecrare in fermentato, & e contra.

Et an in casu, quo Græcus esset incolæ apud Latinos, ubi sunt Tempia deputata ad servandos Ritus Græcorum, teneatur servare Ritus Græcorum, & propria Ecclesia? Ex part.10. tract.16. & Misc.6. Ref.40. aliis 39.

§.1. Suppono, quod Ecclesie Latina non est necessarium necessitate præcepti consecrare in pane fermentato, sed in azymo. Et contra Ecclesie Græcæ necessarium præcepti necessitate non est, consecrare in azymo, sed in fermentato. Est assertio totius Ecclesie Latinae, atque adeo verè Catholicae, & proinde ad fidem pertinens. Utraque pars quatenus negat, liquet. Quoniam Ecclesie Latinae licitum est consecrare in azymo, & Græcæ in fermentato; proinde nec illi necessarium est necessitate præcepti celebrare in fermentato, nec huic in azymo. Pars etiam utraque quatenus affirmat etiam claret, nam Ecclesie Latinae nefas est celebrare in fermentato, & Græcæ in azymo: Ergo illi necessarium est necessitate præcepti consecrare in azymo, & huic in fermentato. Hoc supposito, quaritur, quid dicendum in casu necessitatis, ut supra; & pro parte affirmativa plura argumenta adducit amicissimus, & doctissimus Pater Dicalillus de Sacrament. tom.1. tractat.4. disputat.2. dub.4. num.67. Primum quia non facile, & absque vrgenti ratione videtur asserendum legis divinae obligationem cessare ob fortuitum humanæ obstaculum. Secundò, quia materia huius legis humanæ consecrandi in azymo, aut fermentato secundum se valde indifferens est, & si rectè expendatur, multò magis quàm vltus vestium sacrarum in Missa, cum in azymo, aut fermentato celebrare soleat Ecclesia pro diversitate Nationum, nec iudicet irrogari irreverentiam Sacramento, quamvis in alterutro pane fiat, nunquam tamen celebrare sine vestibus Sacris, non censetur esse irreverentia Sacramenti, neque vlla est, aut fuit (quod sciam) Regio, aut Natio, quibus permittum sit sine vestibus sacris celebrare

Sup. hoc in Ref. præterita, §.2. ad medium, & supr. ad medium §. vlt. Ref.128. & infr. in tr.2. Ref.1. §. vlt. prope fin. à vers. Notat etiam.

Sup. hoc ex Ref. leg. 6. Nota etiam, §. Non de feram. & leg.

Sup. hoc in Ref. leg. pau. post in. in. à vers. hic supposito, & in alia eius not.

Sup. conoto in hoc §. in Ref.2. not. præterita, §. Nota etiam, de Nota fec. c. lib. & pro sequenti in hoc §. lib. in §. Non def. ni. & in leg. de leg. etiam §. vlt.

Sup. hoc in Ref. leg. 6. §. vlt.

Sup. hoc in Ref. leg. 6. Nota etiam, §. ad medium, à vers. pro & me. in quatuor vlt. in. Ref.

§.1. Negativam sententiam docet Nugnus in 3. p. tom.1. quest.74. art.4. concl.6. vbi sic ait: Peccare mortaliter Græcum si consuetudinem suæ Ecclesie non servet; videtur mihi rigorosum dicere, quia cum nostra consuetudo sit melior, non videtur res gravis, quod ille sequatur, vel non sequatur consuetudinem suæ Ecclesie; imò credo, quod si esset apud nos aliquis Sacerdos Græcus, quod melius faceret, si consecraret in azymo. Ita ille.

2. Sed hæc opinio est contra communem, & ideo refellenda, unde ex ipsamet Dominicanorum familia Ioan. de la Cruz in director. conscientie. p. r. 2. de Eucharistia, q. ast. 1. dub. 2. concl. 2. ita asserit: Sacerdos tenetur servare ritum suæ Ecclesie; peccabit enim Latinus consecrando in fermentato, & Græcus consecrando in azymo, etiam scilicet scandalo, & cum magna necessitate: ut ob communicandum infirmum: nam discedere prius auctoritate a rationabili usu suæ Ecclesie in re gravissima, ut est ista, est peccatum mortale. Imò Pius V. in motu incipient. providentia Romani Pontificis, 13. Kalend. Septembris ann. 1566. renocat licentias Græcorum Latino more, & Latinorum Græco ritu Missas, ac alia divina officia celebrandi hæcenus concessas. Ita Ioan. de la Cruz, Layman in Theolog. moral. lib. 6. tr. 4. cap. 2. n. 4. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 7. diff. 6. n. 2. & alij.

3. Verùm, an Sacerdos Latinus possit in Græcia sequi morem Græcorum, & Græcus morem Latinorum existens apud Latinos, sic videtur posse expleri. In monasteriis, vel Ecclesiis, quæ sunt Græcis in Ecclesia Latina destinatæ, ubi servatur ritus Græcorum, servare debent Græci vsum fermentati; & similiter Latini vsum azymi in Ecclesiis, quas sibi suisque ritibus propriis habent in Græcia: quia perinde est, ac si singuli verarentur in sua Ecclesia. Latinus etiam iter agens per Græciam, aut Græcus per Occidentem, potest (vbi nullum est scandali periculum) retinere suum ritum, quamvis si conformaret se Ecclesie in qua versatur, non esset damnandus. Et hæc omnia docent Sylvius in 3. part. quest. 64. art. 4. Coninch de Sacrament. quest. 74. art. 4. dub. 3. n. 117. Filiucius tom. 1. vlt. 4. cap. 3. n. 83. & alij.

4. Non est igitur audiendus Ledesma in 4. p. 1. quest. 15. art. 4. dub. 2. vbi docet, non solum posse licite, sed etiam teneri Sacerdotem Græcum, transcurrentem per Ecclesias Latinas in azymo consecrare, & peccare mortaliter, si aliter faciat; quia privilegium illis concessum ad consecrandum in fermentato, intelligendum est, quando celebrant in suis propriis Ecclesiis. Verùm hanc opinionem Ledesma rectè improbat Fagundes præc. 3. lib. 2. cap. 2. num. 9. nam ut supra dictum est, potest Sacerdos Latinus transiens per Græciam celebrare, vel ritu Græcorum, vel ritu Latinorum, & similiter Græcus transiens per loca Latinorum.

5. Et tandem notandum est hic etiam cum Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 44. sect. 3. §. illud verò, Coninch, & aliis vbi supra, non licere Sacerdoti Latino in templo Græcorum, quod in Ecclesia Latina existat, in fermentato consecrare, neque etiam licere aliis fidelibus Latinis ibidem in eodem fermentato communicare, quia illud est speciale privilegium